

*Baccalaureum* illum, qui ad legendum publice *Cursum* seu *Biblicum* seu *Sententiarum* admissus esset. De Opere denique nostro notandum, *Petrum* nostrum, quem admodum ipse *Nicolai de Hanapis* O. P. cujus habentur *Virtutum Vitiorumque Exempla e sacris Literis*, viam institit, ita imitatore nactum fuisse Ordinis sui Virum *Antonium Rampigollum* in *Figuris Biblior.* et *Aureo Biblior. Repertorio*.

II. fol. 253. Queritur. *Vtrum penitenti confessato fratri non licenciato sub iuris forma debita sit necesse confiteri de nouo proprio sacerdoti delicta preconfessa.* Respondetur negando. In Actu Academico propositam fuisse Quaestionem adparet ex fine, ubi Autor *Venerabilium Magistrorum libramini* sua subjicit. Ad calcem: *Scriptum Treueris per fratrem Johannem Dusseldorp Anno domini M<sup>o</sup>.CCCC<sup>o</sup>.LXI<sup>o</sup>. secundum stilum Treueren.* (annos 25. Mart. incipientem) *XX die mens. februarij qui fuit sabbato ante Dominicam LX<sup>e</sup>. pro tunc Cursorem Inmeritum ibidem.*

III. fol. 277. Expositio Orationis Dominicae, quae incipit: *Pater noster — Sciendum quod in Oratione dominica sunt duo. s. oratio et petitio &c.* Ad calcem: *Per me fratrem Johannem de Dusseldorp scriptum tholose finitum est autem Anno domini M<sup>o</sup>.CCCC<sup>o</sup>.LXII<sup>o</sup> et die vicesima quarta mens. aprilis. Johannem hunc Freytag multa scribere sed celare adseruit Job. Trithemius*

*de Scriptt. Eccl. n. 960.* unde et Tractatus duo mox indicati ad eum referri poterunt. Doctorem *Coloniensem* fuisse, Priorem Conuentuum suorum *Moguntiae* et *Argentinae*, *Palaestinamque*, quam adierat, descripsisse, tandemque *Argentinae* 1494. obiisse, idem tradit in *Catal. illustr. Germ. fol. 56.* Neque verbo plus *Lucius* in *Bibl. Carm. fol. 45.*

IV. fol. 301. Eadem manu Themata sacrarum Dictionum in Dies Dominicas, quibus Quaestiones e *Summa Thomae Aquin.* adcommodantur. Ejusdem puto *Johannis*, quem idem *Trithemius* a facundia in declamandis Sermonebus commendat.

CLXXIV. VI. C. 16.

Codex chartaceus lat. Sec. 14<sup>a</sup> XVI. Folior. 28. f. continet *Benedicti Ariae Montani* Hispalensis Librum *Thubal — Cain, sive de Mensuris Sacris* in tria, ut vocavit Autor, Volumina distinctum, descriptumque ad verbum cum ipsis ad calcem Cenforum Adprobationibus ex editione *Cph. Plantini* in Adparatum Bibliorum Regiorum *Antverpiae* 1572.

CLXXV. VIII. C. 12.

Codex membraneus lat. Sec. 19<sup>a</sup> minimum XII. Folior. 78. f. eleganter scriptus et rubricis distinctus, litera quadrata miniata sic praenotatur: *Incipit Expositio Bede Presbiteri. De Tabernaculo Domini. Et Vasis eius. Ac Vestibus*

485

## HERMENEUTICI.

486

*stibus Sacerdotum. Libri Tres. Sequitur Elenchus Capitum, sed Capitibus II. et III. Libri in unam feriem coniectis. Liber I. incipit: Locuturi Domino iuvante de figura tabernaculi et uasorum atque utensilium eius. II. fol. 23. p. 2. Tabernaculum quod fecit Domino Moyses in solitudine, sicut et templum &c. III. fol. 51. p. 2. Precipe Filiis Israhel ut deferant tibi oleum &c. Finis Operis: Quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Extat in edit. Opp. Bedae Colon. 1688. T. IV. col. 838. Non deessent tamen, quae Codex noster novae Editioni rectiora subpeditaret. Ita L. I. c. 1. melius legit: dona sancti spiritus*

*Post pentateucum sequitur, Josue, Judicum, Ruth, Hinc Regum, Paralipomenon, Job, postea Psalmi &c.*

Alterum:

*Ut seriem mente textus teneas doceam te Est Genesis primus, subit Exodus ipse secundus &c.*

*Fol. 2. p. 2. Conspectus Librorum utriusque Testamenti secun-*

*dum varias divisiones. Subjecti quidam Versus. V. g.*

*Mors. morbus. calor. et frigus. sitis. esuriesque Cura. labor vite. domini sunt octo sagitte &c.*

Item aliud Schema in scriptum: *Sacre Scripture Latitudo Longitudo Altitudo Profunditas. Aliud de XII. Tribubus, de Significationibus numericis Literarum Alphabeti, de Ecclesia considerata ut Vineae.*

*Fol. 5. p. 2. Schema in scriptum: Duodecim subscripti prophe-*

*te concordant cum XII. apostolis in symbolo Orthodoxe fidei. Aliud instar geminae Arboris, quarum una Vetus, altera Novus Adam in scribitur; in illa vitia ascendunt ex radice Superbiae, in hac Virtutes ex radice Humilitatis.*

*Fol. 7. p. 2. Schemata varia scil. Vitiarum et Virtutum. Efectuum*

H h 2

fectuum